Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Praedicatorum Friburgensium lector - Cod. Ettenheim-Münster 191

Weisser, Philipp

[S.l.], 1628-1929

Dubium quartum

urn:nbn:de:bsz:31-117415

Visual Library

R. Admittendo in casu soluto posse genus
praedicari ut probat argumentum; et et posse talem
speciem definiri et eidem genus praedicaretur ut totum
potentiale si quae poneretur in singulis speciebus sed negatur quod tunc
conservaretur in unica specie quatenus est totum
potentiale; non enim illa species exhauriret adaequate
illius potentialitatem sed tantum inadaequate. conser-
vatio enim effecta potius desumenda est ab actu ad-
aequate respondente et exhauriente illam
quod tunc in casu posito non contingeret. alii
dicunt, quod in casu posito conservaretur genus me-
taphysicum non logicum, quae solutio est sua
probabilitatem.

Dubium Quartum.

An genus quatenus genus praedicetur de solis speciebus. an uero etiam de indiuiduis specierum?

Duo

Duo nobis in praesenti dubio sunt examinan-
da multum inter se connexa.
Primum est An genus immediate praedicetur de specie ita Nota duo.
quod immediatus term: quem genus respicit sit species,
an vero aliquid aliud.
2um. An genus tum praedicetur de specie ita quod adae-
quatus terminus sit illius species tum, respectu vero
individuorum non praedicetur ut genus, sed alio
distincto modo. Pro horum solutione notandum 1o. Nota.
Term. immediatum dici illum qui se ipso et Term: Immediatus quis?
nullo alio mediante, terminat aliquem
respectum sive transcendentalem sive praedi-
camentalem, ut lumen v.g. dicitur term: im-
mediatus visionis quia terminat illam se ipso
nullo alio mediante. Term: vero mediatus Term: mediatus quis?
dicitur qui ratione alterius terminat, ut color potest
dici term: mediatus visionis quia terminat il-
lam ratione luminis.
Notandum 2o. Term: adaequatum dici illum Nota.
qui ita terminat respectum aliquem ut alium term: Term: Adaequatus quis?
respicere non queat, qua ratione term: adae-
quatus potentiae visivae est color quia ita termi-
nat illam, ut ad nihil aliud possit se ulterius
extendere, quodque non attingit debet aliquo
colore esse affectum. Term: vero inadae- Term: Inadaequatus quis?
quatus est ille, qui quamvis terminet aliquem
respectum non tamen solus, sed alia simul termi-
nant. ut albedo est term: inadaequatus visionis
quia

qa licet terminet utspiant non tn solas, sed et alii colores pnt terminare his ...

Conclusio Prima.

Respectum generis imediate terminant Spes, et de illis genus imediate praedicatur constituitur respectu illarum uere in rae generis seu primi pdicabilis.

Haec Con: certer recipitur ab auctoribus exceptis qbusdam q imediatum term: generis cstituunt subiicibile in qd, siue spei et indiuiduo.
1. Sed ptr 1a pars ista conclusio. Illa imediate terminant respectu generis q imediate spe differunt, sed ipsa spes sunt, q imediate hoc modo differunt; individua n. rae na specifica spe differunt, go spes imediate terminabunt generis respectu.
2. 2a pars ptr. Illud pdtr imediate de aliquo q non pt pbari p alia raem priore quenientem illi, sed q genus queniat spei non pt pbari per aliam raem priorem quenientem illi, go genus imediate pdtr de spe; ma: supponitur ut certa ex lib: posteriorum Aris: mi: pt pbat. nam q ait queniat bruto aut hoi, non ptr p aliquam raem priorem, sed imediate competit. go genus imediate ~~comp~~ pdtr de spebus.

3a.

3a Conclus. pars quod genus respectu specierum 3.
habeat veram rationem generis prob. ex defin. Por-
phyrij et com̄unem sententiam consensu definientium
genus in ordine ad spes. ergo respectu illarum
habebit veram rationem generis: ex qua ratione potest
facile et probari immediatum termin. generis esse
spes, quia relativa quaecunque definiuntur per suum term:
immediatum definiri solet. Sed porphyrius defini-
vit genus quod est relativum in ordine ad spes,
ergo spes immediate terminabunt respectum
generis. Prob. ultimo conclus. contra autores
asserentes immediatum correlativum vel terminum
generis non esse speciem vel individuum, quia
veri debet assignari aliquis term: immediatus
quem respiciat, sed hic non potest esse individu-
um, quia individuum ~~subest~~ generi non ratione
sui sed ratione speciei, ideo non praedicatur de eo; quia hoc
est. ergo spes erit immediatus term: generis
quia ratione sui et non ratione alterius subijcitur. 4ta
consequentia patet ex dictis de term: immediato.
Prob. contrarij negando consequentiam quia nec individu-
um nec species est individuum relativum ge-
neris sed subiicibile in quod incomplete certe spei
et individuis est immediatus terminus generis.
Sed haec responsio impugnatur quia sequeretur
non ex illa definitione Porphyrij et omnium sententiam esse
plane nullam, atque hoc asserere est temerarium
in sententia: ergo et id ex quo sequitur. Sequela
probatur. Omne relativum ut recte definiatur
definiri debet per suum immediatum correlativum

q

quod respicit sed secundum hanc sententiam Porphyrius
et Aristoteles et caeteri Philosophi non definiunt genus
per suum immediatum correlatum seu terminum
ergo illorum definitio plane vitiosa est. maior est
6. Topic. c. 7. Aristotelis. Impugnatur 2°. Genus respicit
sua inferiora ideo quia ab illis participatur,
ergo si genus non respicit speciem immediate sed
aliquid aliud prius, et prius ab aliquo alio quam
a specie participabitur; sed hoc est absurdum
dicere, non enim est assignabile illud, quod prius
specie participet genus.

Conclusio Secunda.

Genus non tantum respicit species sed
etiam individua obtinetque veram
rationem generis respectu illorum.

Haec Conclusio est contra Lovanienses exi-
stimantes genus nihil aliter speciem respicere
sed antequam probetur, notandum individua
esse in duplici differentia. Quaedam sunt diversae
speciei, ut petrus et Bucephalus, quaedam sunt eiusdem
speciei ut Plato socrates. Hoc notato probatur
Conclusio de individuis secundum utramque rationem
accepta primo. Genus non tantum praedicatur de specie
sed et de individuis: ergo genus non tantum respi-
cit species sed et individua. consequentia patet.
Maior enim quod dicatur frustra supponit respectu
generis. probatur vero antecedens. Ideo quod dico de Petro

et

et Paulo et Bucefalo dicit, praedicato non speciem,
sed genus, sed haec sunt individua specierum
ergo genus praedicatur etiam de individuis. 2a pars
contra maiorem habet difficultatem quia: genus
respectu individuorum veram rationem generis
obtineat quaeritur tertium quoad individua eiusdem
speciei de individuis non diversae speciei ut
de petro et brunello. res facilem videtur
habere solutionem. quia ratio generis consistit in
hoc quod praedicetur de pluribus specie differentibus
ut quod sed ista individua differunt specie
et de illis ~~ut praedicatur respectu illorum ergo res~~
ait praedicatur incomplete, ergo respectu illorum habet veram
respectu generis. minor probatur imprimis non differunt
specie ut patet. 2o. ait affert partem essentiae ad modum
per se stantis. ergo praedicatur de illis in quid incomplete.
Probatur eadem pars de individuis eiusdem speciei; in
his propositionibus Plato est animal, Socrates est animal, praedicatur aliquid unite.
sed non praedicatur aliud nisi genus. ergo genus respectu
individuorum eiusdem speciei habebit veram rationem
generis. maior est certa probatur minor. imprimis non
praedicatur species, quia illa affert totam essentiam actu
quod praedicatur, quod hic non contingit; nec praedicatur differentia, quia in
his propositionibus praedicatur aliquid ad modum per se stantis, quod differentia
non habet, nec etiam praedicatur proprium aut accidens, quia est praedicatum
essentiale, quod ultima duo praedicabilia non possunt afferre
ergo praedicabitur genus, quia nullum aliud praedicabile unite
sufficit, nisi respondeas primo cum Lovaniensi-
bus praedicari hic 6um praedicabile innominatum tu-

nem

Tenem hac responsio Nominensium quae contra nemi-
natissimam Antiquorum sententiam merito ab aliis
reiicitur. dices forte 2°. ad has rationes. etiam speciei
in his praedicatur generis; sed non servat rationem
sufficientem generis, ratio vero sufficientis generis est, quod praedicetur
de pluribus specie differentibus & individua autem ista
enumerata non sunt diversae speciei, sed eiusdem
ergo genus non habebit sufficientem rationem generis re-
spectu illorum. Contra tamen est, quia ad rationem gene-
ris petitur tantum quod sit praedicabile de pluribus specie
distinctis in quid; non autem requiritur ut omnia inferio-
ra de quibus praedicatur, specie differant, sed sufficit quod ha-
beat aliqua inferiora eaque immediata specie
distincta, et haec sunt ipsae species. deinde
ad rationem generis sufficit quod praedicetur ut pars
essentiae, ut supra dictum, et ad media quae restan-
tis. hoc autem habet respectu individuorum eiusdem
speciei. ergo. Et certe si genus ut genus peteret
quod omnia inferiora de quibus praedicatur essent specie distinc-
ta, sequeretur autem quatenus praedicatur de homine
non habere veram rationem generis, quod tamen falsum
esse et ipsi contrarii affirmant. ergo. Obiectio se-
quela, quia autem ut sic quatenus praedicatur de homine, non
praedicatur de pluribus specie differentibus; ergo ut sic
non haberet veram rationem generis: neque nos
id dicere volumus genus quoad respectum ad individua,
dua illa enumerata sufficienter constituimus rationem
generis, sed volumus genus quod quasi iam quoad
respectum ad species magis sive terminos immediatum

sufficienter

suitter gstitutu est, sua ratem suitem non amittere, sed eam ad indiuidua usque ex- tendere. Ex quibus colligi potest primo term: mediatum generis esse indiuiduum utriusque ordinis, 2o term: adaequatum non esse sola spes, sed spes cum indiuiduis. Epilogus, con:

Obiicies 1o. Contra 2am Conclusionem

Tam spes quam indiuiduum subiiciuntur generi primo et incomplete ergo spes et indiuiduum sunt aliquid eodem in ratione subiicibilis, quod immediate attingitur a genere. consequentia probatur. antecedens patet. Quandocunque conueniunt inter se, in ali- quo sibi communi conueniunt, sed spes et indiuiduum conueniunt in ratione subiicibilis ut patet, ergo sunt aliquid sibi commune in quo conueniunt. tunc ultra, sed hoc commune est immediatus term: generis; ergo nec spes nec indiuiduum immediate terminabunt generis respectum. probatur minor. hoc commune ratione sui et non ratione alte- rius terminat generis relationem, ergo est immediatus term: illius. consequentia patet, ex ratione termi- ni immediati.

R. Concedendo antecedens et distinguendo consequens. ergo sunt aliquid commune uniuocum nempe se: aliquam utriusque eandem nego consequentiam. ergo sunt eandem aliquam solam in lentione subiicibilitatis, concedo consequentiam et hac notio subiicibilitatis primo et immediate fundatur in spe, mediate in indiuiduis,

et hoc posito negat min. q sc: aliq. subiicibile immediate terminet respectum generis q sit distinctum a specie et individuis. Sunt ergo species et individua eiusdem alicuius intentionis non vero nam alicuius univocam q immediate terminet respectum generis. circa hanc solutionem aliter sentiunt individua non referri distincta specie relatione ad genus ab illa qua species illa ad illud referuntur. Illi non recte arbitrantur Conimbricenses cens. c. 2. de genere artic. 2o. asserentes speciem distincta relatione referri ad genus ab illa qua individua idipsum respiciunt. Fundamentum illorum totum est quia species immediate individua vero mediate referuntur ad genus. Sed haec ratio efficax non est. Pro 1o. quia lumen et color antea specie relatione visibilis sc: referuntur ad visionem. licet lumen immediate color vero mediate terminet visionem ergo mediate vel immediate terminare respectum aliquem non causat distinctam specie relationem in terminos. 2o sequeretur q genus haberet duas specie distinctas praedicabilitates et consequenter q essent 6. praedicabilia. hoc ipsi non admittunt. ergo nec id ex quo sequitur. Pro secunda. ratio specifica praedicabilis sumitur ex specifica ratione subiicibilis sed secundum illos individua habent distinctam specie subiicibilitatem ab illa quam habent species, ergo et genus respectu illorum haberet distinctam specie praedicabilitatem, ex quo clare sequitur esse praedicabilia 6. quae est contra eorum ipsorum opinionem.

Obiicies

Obijcies 2°. Porphyrius nullam mentio-
nem facit spei, in defin. generis, ergo signum est termi-
num adequatum generis esse speciem, et nullo modo indi-
vidua: et confirmatur hac ratione, quia genus non obtineat rationem
generis respectu individuorum; nam relativum suum
servat vel obtinet suam naturam in ordine ad
suum correlativum, sed correlativum generis est species,
ergo respectu individuorum genus non habebit
veram rationem generis.

R. Porphyrium non ideo reticuisse individu-
dua quo genus definivit, quasi illa non respi-
ceret aut de illis praedicaret; sed quia sufficiebat tunc
genus per suum immediatum term.: declarare ipse non exi-
stimavit necesse omnes terminos enucleatim enume-
rare, quamvis omnes terminos cognoscere singu-
losque explicare ad claram generis multum conducat
cognitionem; imo Porph: in defin. generis et memi-
nit individuorum. Dum ait: genus praedicari de
pluribus specie differentibus, atque et individua quae specie
differunt, spe. ergo recte dicitur genus etiam terminari ad
individua.

Ad confirmationem R. concedo mai. et distinguo
min. Correlativum immediatum generis est species, conce-
do min. mediatum et remotum nego min. et tunc ne-
gatur consequentiam; non enim suum respectu immediati
et per se termini, sed mediati et remoti et servat
relativum suam naturam, ut patet in potentia visiva quae
vere respicit colorem licet illum respiciat imme-
diate, hoc mediante lumine.

Haec dicta sunt de genere respectu spei et
individuorum. Restat modo quaestio, an genus
et respectu differentiam habeat veram rationem gene-
ris

Genus non est genus respectu differentiarum.

ris sunt praedicabilis. ut v.g. animal respectu rationalis et irrationalis, quae sunt differentiae animalis. Ad quaestionem R. negative. Ratio principalis, quia genus animal v.g. non praedicatur essentialiter de differentiis, sed de ratione generis est praedicari essentialiter, ergo animal respectu differentiarum non habet veram rationem generis. maior probatur, quia animal v.g. nec est pars definitionis nec tota definitio differentiae, ergo non praedicatur essentialiter. consequentia patet, probatur antecedens: si esset pars definitionis, includeretur in conceptu essentiali differentiae, hoc autem nequit fieri, alias differentia non contraheret genus, quia contrahens et contractum debent habere distinctos conceptus, ita ut contrahens sit extra conceptum contracti; ergo cum differentia contrahat genus, debet genus esse extra conceptum contrahentis, ergo genus non est pars essentialis definitionis differentiae. Sed de hoc latius infra, dubio de differentia.

Genus praedicatur de specie in abstracto, praecise non praecise tamen.

Quaeres ultimo circa modum praedicandi generis an genus praedicetur in abstracto de specie v.g. humanitas est animalitas, an vero tantum in concreto; ad hoc R. breviter genus in abstracto bene posse praedicari de specie in abstracto, dummodo non accipiatur sumptum se praecise. Sum probatur de humanitate bene potest praedicari id quod est de essentia illius, sed animalitas est de essentia humanitatis ergo bene potest illa praedicari in abstracto. maior non habet difficultatem. probatur minor. de essentia humanitatis est constituere hominem, sed id quod ex sua essentia habet constituere hominem habet et constituere animal, ergo animalitas est de essentia humanitatis. minor constat. probatur minor. homo essentialiter est animal, ergo id quod essentialiter constituit hominem, constituit et

ex

ex una specie ait. consequentia vero patet. animalitas similiter constituit animal; ergo si humanitas essentialiter constituit animal, animalitas erit de essentia humanitatis. Patet idem quarto. Partes definitionis bene possunt definiri de definito praedicari. Sed animalitas est pars definitionis humanitatis, ergo bene potest de illa praedicari. patet minor. Si non velles definire humanitatem sic deberes definire. humanitas est animalitas et rationalitas, eo modo quo homo in concreto, definitur quod sit animal rationale. ergo minor vera. Diximus dummodo genus non accipiatur solum et praecise, quia in eo casu falsae redderentur propositiones. Praecise quid? Sumitur a. genus n. y. animal praecise quatenus consideratur tantum solum quod dicit formam animalis, non etiam viventis sensibilis tantum. et quod tales propositiones essentiales sunt patet. quia redderent hunc sensum quod humanitas esset forma animalis praecise, quod certe falsum est. cum humanitas sit forma, animal est aliquid amplius adhuc. Patet quarto. Nulla pars quae non simul sit totum potest vere praedicari de toto, sed animal praecise acceptum tantum dicit partem, ergo non potest bene praedicari de toto vero.

Dubium Quintum

Utrum Definitiones â Porphyrio traditae sint bonae, speciei scilicet?

Tres